FLORA.

63. Jahrgang.

No. 17. **Regensburg, 11. Juni** **1880.**

Inhalt. Dr. J. Müller: Lichenologische Beiträge. — H. Vonhöne: Ueber das Hervorbrechen endogener Organe aus dem Mutterorgane. (Schluss.) — Verkaufs-Anzeige.

Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

XI.

(Fortsetzung von Flora 1880 p. 45.)

166. *Synechoblastus bacilliferus* Müll. Arg., planta similis *Synechoblasto implicato* (*Collemati implicato* Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 2) sed sporae valde tenellae, baculiformes, 3-plo angustiores, 30—37 μ longae, tantum $2^1/_2$—3 μ latae, subrectae, medio obiter tantum crassiores, extremitatibus obsolete angustatis obtusae, 3—7-septatae. — Apothecia $1^1/_2$—2 mm. lata, valde tenuia, plana, adpressa, margine valde extenuato subgranoso nigricante cincta; discus rufo-fuscus, haud pruinosus. — Fere cum *Synechoblasto belenophoro* (*Collemate belenophoro* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 5) quadrat, sed sporae duplo breviores. — Habitat muscicola ad Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari.

Cl. Puiggari ibidem etiam legit *Synechoblastum redundantem* (*Collema redundans* Nyl. Lich. Port Natal p. 4).

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03644-0261-8

167. *Stereocaulon mixtum* Nyl. Syn. p. 238 v. *tenellum* Müll. Arg., podetia $1^1/_2$—$2^1/_2$ cm. longa, inferne patenter pauciramosa et 1 mm. crassa, superne cum ramis vix $^1/_2$ mm. crassa, tota longitudine fibrilligera et corticata, tomento destituta. — Formam tenellam *St. ramulosi* Ach. simulat v. *St. rocelloidi* Th. Fr. ex tenuitate simile at undique fibrilloso-ramuligerum. — Ad saxa prope Apiahy in Brasil. merid.: Puiggari.

168. *Cladonia coilophylla* Müll. Arg., thallus valde evolutus, firmus, palmatim partitus, laciniae spathulato-obovatae, margine antice praesertim inciso-plurilobatae et isidioideae v. subsorediosae, supra convexae et nonnihil decurvatae, virides et pro parte inferiore rubellae, nudae, laeves, haud cornutae, subtus concavae, coerulescenti-albae v. -niveae, araneoso-tomentellae et rhizinis destitutae. Gonidia normalia, globosa, diametro 9—12 μ aequantia. Podetia et apothecia ignota. — Species insignis sed sterilis tantum nota, inter *Cl. alcicornem* Flk. et affiniorem *Cl. ceratophyllam* Eschw. inserenda, a posteriore praesertim laciniis spathulatis supra convexis et aliter minute divisis distincta. — Crescit ad terram muscosam prope Apiahy in Brasilia merid.: Puiggari n. 1040.

169. *Cladonia cartilaginea* Müll. Arg., thalli lacinulae parvae, oblique adscendentes, inciso-lobatae et subcrenatae, pallide virides, subtus albae et minutissime subtomentellae; podetia evoluta $1^1/_2$—2 cm. longa, et $1^1/_2$—2 mm. lata, medio longo tractu subventricosa, basi angustiora, superne sensim subulato-acuminata, novella tenella et simplicia et recta, evoluta saepissime insigniter arcuato-recurva et latere convexo rudimentarie aut minute subulato-ramuligera, jam ab origine cartilagineo-rigida, e carneo dealbata, laevigata et tota superficie foliolis exiguis subgranuliformibus valde sparsis exasperata, nunquam pulverulenta; apothecia in ramillis aut in ipso podetiorum apice terminalia, mediocria, pallide fusca, sublobulata, basi cordiformi-retrusa, similia iis *Cl. mitrulae* Tuck., $1^1/_2$—$2^1/_2$ mm. lata; lamina tota cum hypothecio hyalina, asci 6—8-spori; sporae 8—10 μ longae, 2—$2^1/_2$ μ latae, fusiformi-ovoideae v. lineari-ellipsoideae. — Proxima *Cl. mitrulae* Tuck., sed multo robustior et aliter vestita, prima fronte similis robustae *Cl. fimbriatae* v. *subulatae* Schaer., sed nunquam pulverulenta, aliter colorata et vestita et apothecia alia. — Habitat ad terram prope Caracas, ubi etiam *Cl. peltastica* Nyl.: Dr. Ernst n. 3.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03644-0262-3

170. *Ramalina denticulata* Nyl. Recog. Ram. p. 28, v. *foveolaris* Müll. Arg., thalli laciniae circ. policares v. breviores, late lineares, 1—1$^1/_2$ mm. latae, dichotomae v. superne subflabellatim ramosae, altero latere (supra) fere omnino tuberculis destitutae et densiuscule foveolato-inaequales, altero (subtus) autem sparse tuberculigerae, ad margines integrae v. subintegrae. — Tota distincte mollior quam planta normalis speciei et fere speciem distinctam simulans, at sterilis tantum nota. — Habitat prope Caracas, cum *R. denticulata* normali mixta sub n. 6 ab egreg. et cl. Dr. Ernst missa.

171. *Peltigera rufescens* Hoffm. v. *dissecta* Müll. Arg., similis *P. rufescenti* v. *spuriae* Körb. Syst. p. 59, laciniae autem lateraliter aut saltem saepius in sinubus dissecto-lacinuligerae. — Indumentum paginae superioris ut in planta normali, pagina inferior marginem versus late albida et venis concoloribus latis aut subindistinctis ornata, inferne crasse fusco-venosa, haud longe rhizinigera. — Habitat supra terram ad Apiahy Brasiliae merid.: cl. Puiggari n. 503.

172. *Peltigera ulcerata* Müll. Arg., thallus parvulus, circ. 1—2-centimetralis, undulato-subcochlearis, margine adscendens, rigidulus, laciniato-lobatus, supra pallide fuscescens et glaber, laevis, intra marginem grosse ulcerato-caesio-sorediosus, in margine ipso haud sorediosus, subtus pallidus v. albidus et crasse albido-venosus v. demum fusco-venosus, secus marginem late nudus, caeterum valide pallido-rhizinosus; gonidia globosa, pro parte moniliformi-juncta, subglobosa, diametro 6—12 μ aequantia, olivaceo-viridia; soredia tranverse elliptica, 1—2 mm. lata, glomerulis globoso-uviformibus circ. 50 μ crassis composita. Apothecia ignota. — Juxta *P. limbatam* Del. inserenda est, a qua sorediorum forma et situ distinguitur. — Prope Apiahy Brasiliae merid. crescit: Puiggari n. 1023 pr. p.

173. *Erioderma americanum* Müll. Arg., habitus ut in *E. Wrightii* Tuck., vellereo-hirtum, sed facies infera lactea v. coerulescenti-nivea et fasciculis dispersis latis rhizinarum elongatarum coeruleo-nigrarum vestita ut in proximo *E. polycarpo* Fée; apothecia ut in *E. Wrightii*, rigide et radiatim villoso-ciliata; sporae in ascis angustis octonae, fere uniseriales, ellipsoideae, 9—11 μ longae et 6—8 μ latae. — A proximo *E. polycarpo* differt apotheciis duplo minoribus et omnino aliter vestitis, nec margine tantum verruculoso-tomentellis v. -asperulis. — Hic etiam pertinet *E. polycarpum* v. *mexicanum* Nyl. Enum. gén.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03644-0263-9

Lich. p. 110, fide specim. mexic. a cl. Fred. Müller lectorum. — Crescit ad Apiahy in Brasiliae prov. St. Paul, cum *E. Wrightii* et ejus var. *limbato* et *E. pulchro*: cl. Puiggari n. 481 pr. p., et 1039, et dein in Mexico ad Orizabam: Fred. Müller.

174. *Erioderma pulchrum* Müll. Arg., thallus membranaceus, laevis, suborbicularis, horizontalis, breviuscule (usque ad medium diametri dimidii) laciniatus, laciniae irregulariter lobatae, lobi late rotundati et crenati, subimbricati et undulati, pagina superior sicca cinerea, madefacta statim olivacea, fasciculis pilorum in sicco obscure carneo-albis dense irpicino-vestita, inferior sicca et madefacta coeruleo-alba et venis numerosis subflabellatis et anastomosantibus carneo-niveis prominulis percursa, rhizinis niveis fasciculatis hinc inde medio praedita; pili fasciculatim conglutinati superficiei 4—5 μ crassi; lobi ultimi siccando saepius involuti; apothecia omnia marginalia, numerosa, brevissime podicellata, evoluta 3—4 mm. lata, plana, obscure carnea, demum cinereo-pruinosa, margine ciliolata, novella dense hispidociliata; epithecium tenue, fuscescens, hypothecium subhyalinum, paraphyses conglutinatae, asci 8-spori; sporae 13—16 μ longae, 6—8 μ latae. — Proxime borbonico *E. unguigero* characteribus accedit at habitu valde differt, ramificatio alia, lobi ultimi imbricati, superficies densius et longius vestitae, venae subtus insigniter carneo-niveae, apothecia majora, magis carnea. — Habitat prope Apiahy in Brasiliae merid. prov. San Paolo: cl. Puiggari n. 516.

175. *Stictina brasiliensis* Müll. Arg., thallus fusco-pallens, rigide membranaceus, intus intense flavus, sub epidermide coerulescens, laciniato-lobatus, lobi obtusi, crenati v. obsolete sinuato-lobulati, facies superior plana v. nonnihil scrobiculoso-inaequalis, caeterum laevigata et glabra, inferior breviter tomentosa, marginem versus argillaceo- v. fulvescenti-pallida, caeterum nigricans et undique pseudocyphellis citrinis numerosis exiguis inspersa; granula gonima composita glauco-coerulescentia; apothecia marginalia, 2—3 mm. lata, subpodicellata, truncato-obovoidea, profunde concava, ore tenui connivente subintegra, extus undique tomentella, discus badio-fuscus; sporae 24—28 μ longae, 4—5 μ latae, demum fuscescentes.

α. *nuda*, thallus supra sorediis destitutus. — Habitat prope Apiahy in Brasilia merid. prov. San Paolo: Puiggari n. 524 pr. p.

β. *aurigerina*, thallus supra sorediis majusculis orbicularibus dense sparsis et in margine thalli subconfluentibus intense

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03644-0264-5

flavis praeditus. — Habitat cum var. α ad Apiahy: Puiggari n. 524 pr. p.

Species inter *Stictinam Mougeotianam* et *St. hirsutam* inserenda est et a priore affiniore praesertim apotheciis et thallo intus intense flavo (ut in *Sticta aurata*) distinguitur. Varietas β *Stictinam Mougeotianam* v. *aurigeram* Nyl. simulat sed thallus firmior, intus coloratus, caeterum sterilis tantum visus.

176. *Stictina Schnyderi* Müll. Arg., thallus diametro circ. sesquipollicaris, submonophyllus, tenuis, inciso-lobatus, lobi rotundato-lobulati, totus tabacino-subfuscus v. cervino-fuscus opacus, nonnihil rugulosus, supra et ad margines undique glaber et sorediis destitutus, subtus argillaceo-fuscus v. medio fusconigricans, undique breviter et dense tomentosus et copiose cyphellatus, cyphellae mediocres, urceolatae, margine emergentes; apothecia sparsa, juxta marginem deficientia, parvula, evoluta $1^1/_2$—2 mm. lata, novella hemisphaerica, vertice denticulis aliquot conniventibus clausa, dein aperta et margine pallidiore crenato cincta, plana, fusca v. rufescenti-fusca, tenuissime marginata, demum subconvexa; asci 8-spori; sporae fusiformes et hyalinae, 26—31 μ longae, $4^1/_2$—5 μ latae, 4-loculares. — Quasi medium tenens inter *St. Gaudichaudii* et *St. umbilicariaeformem*, priore paullo crassior, opaca, subtus aliter vestita et cyphellis emergentibus profundis diversa, a posteriore thallo tenuiore et neutiquam sorediifero et tomento paginae inferioris magis tenello et sporis angustioribus recedit et juxta priorem affiniorem inserenda est. — Crescit in Republica argentinensi prope Cordobam, ad arbores, unde cl. Prof. Schnyder sub n. 27 misit.

177. *Sticta laciniata* v. *dilatata* enumerationis meae Lich. Novo-Granat. et Boliv. n. 35, a cl. André lect. (in Roumeguère Revue mycol. 1879 n. 4) non omnino cum simillimo Lichene Nylanderiano, ob apothecia minute et parce ciliata ab ipso Nyl. (Animadvers. in Leight. Lich. Sprucean. p. 71) specifice sub *St. Boliviana* separato quadrat, apothecia enim non ciliolata sunt. A *St. patula* Del. (cui dubitanter at recte ut videtur a cl. Nyl. l. c. n. 92 Sprucei e Chimborazo relata fuit) thallo magis scrobiculato-subreticulato, margine apotheciorum magis verruculoso-aspero et cyphellis inaequalibus pro parte majoribus differt. A *St. laciniata* v. *dilatata* Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 19 (non ejusd. Boliv. p. 373), dein in Animadvers. (l. c.) sub *St. Granatensi* distincta, quacum thallo scrobiculoso, cyphellis pro parte magnis et apotheciis dorso et margine (paullo laevius)

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03644-0265-1

verruculoso-asperis quadrat, nihilominus differt thallo praeter rete laevi (nec parce pustuloso-verrucoso), apotheciis minoribus et magis adpressis, margine non arrecto-prominente, paullo laeviore, demum extenuato. Non dein video cur planta nostra non esset *Stictae laciniatae* forma magna, quacum etiam sporis congruit: sit ergo *Sticta laciniata* v. *dilatata* Müll. Arg. (non Nyl., quae eadem ac *St. Boliviana* Nyl.).

178. *Sticta aurata* Ach. Method. p. 227 v. *impressa* Müll. Arg. thallus pallidius v. intensiustest aceo-roseus v. ruber, raro virenti-pallidior, madefactus intensius ruber, non soredioso-marginatus, supra scrobiculato-impressus (libenter fructiferus). Hujus loci est *St. aurata* v. *clathrata* Krplh. Lich. Glaz. p. 14, excl. syn. de Notar. — *Sticta clathrata* De Not. Osserv. Stict. p. 10 videtur alia var. ejusdem speciei, thallus madefactus enim (ex descript. l. c.) omnino aliter coloratus est. — Nostra var. late distributa est et saepe apothecia copiosa profert, planta genuina autem Smithii et Achar., cujus thallus laevis v. sublaevis, et cujus margines fere undique v. pro parte copiose soredioso-marginati, fere nunquam v. rarissime tantum fructifera invenitur. — In Brasiliae silvis prope Petropolin (prov. Rio de Janeiro) copiose: cl. Deventer.

v. *aurora* Müll. Arg., omnino similis formae genuinae speciei, pallida, madefacta virens et dein lateritio-rubescens v. ruberrima, sublaevis v. plus minusve distincte impresso-inaequalis, medulla alba v. cinerea, in speciminibus rubrifactis cinereo-rubescens, pseudocyphellae citrinae. — Hic *Sticta aurora* De Not. Osserv. Stict. p. 9. — Crescit parce in silvis prope Petropolin Brasiliae cum f. normali speciei, cum var. *impressa* et cum var. *albo-cyphellata*: cl. Deventer.

v. *albo-cyphellata* Müll. Arg., omnia accuratissime ut in praecedente varietate sed pseudocyphellae niveae v. albidae. — Omnibus characteribus e thallo, rhizinis, gonidiis et apotheciis desumptis ad amussim cum *Sticta aurata* specifice quadrat et ope praecedentis varietatis omnino cum planta genuina speciei conjungitur. Colorem eodem modo mutat ac var. *aurora*. — Copiose crescit cum var. praecedentibus, ubi abundanter fructificat: cl. Deventer.

179. *Ricasolia erosa* Nyl. Enum. syn. Stict. (1865) p. 299, var. *laevis* Müll. Arg., thallus supra laevis, subtus haud bullato-gibbosus. — Reliqua omnia ut in planta genuina speciei. — Prima fronte affinem *R. sublaevem* Nyl. ap. Krphlh. Prodr. Lich.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03644-0266-6

Mader. p. 231 simulat, sed margine foliaceo amplo-lobato apotheciorum statim ab ea recedit. — Thallus in hac nova var. supra minute sorediello-rimulosus occurrit, hoc autem nec speciei nec varietatis valorem praebet, quum in planta genuina scrobiculata (ut in specim. Puiggari n. 126 pr. p. prope Apiahy lecto) subinde undique, subinde tantum in parte altera speciminis etiam adsit. — Crescit cum forma normali in silvis brasiliensibus prope Petropolin: Deventer, et prope Rio de Janeiro: Glaziou n. 2789.

180. *Theloschistes chrysophthalmus* Tuck. Gen. p. 51.

v. *cinereus* Müll. Arg., thallus totus albido-cinereus, dense armato-ciliatus, apothecia subtus cinerea, versus marginem tamen primum flavida, orc cinereo-ciliata. — Sporae non differunt. — Crescit corticola ad Buenos Ayres: cl. Schnyder n. 8.

v. *subinermis* Müll. Arg., thallus totus cinereus, minus anguste divisus, apothecia subtus cinerea, cilia laciniarum thalli et marginis apotheciorum valde abbreviata, primo intuitu deficientia, cinerea. — Sporae ut in specie. — Ad Buenos Ayres: cl. Schnyder.

181. *Parmelia africana* Müll. Arg., thallus quoad formam, magnitudinem et glabritiem paginae inferioris ut in *P. latissima*, sed obscurius tinctus, obscure argillaceus, multo rigidior et centro arctius adpressus et hinc inde rugosus; apothecia ut in citata specie, juniora longiuscule podicellata, evoluta 7—10 mm. lata, dorso primum rigide laevia, dein alveolato-impressa; sporae 15—23 μ longae, 7—11 μ latae, vulgo oblongato-ellipsoideae, haud pachydermeae. — Hujus loci est *P. abessinica* v. *nuda* Müll. Arg. Lich. Beitr. (s. L. B.) n. 115, sed planta nostra a *P. abessinica* Krplh. vere specifice differt thallo rigidiore subtus medio rhizinis parcis tantum v. paucis nec indumentum formantibus praedito et sporis definite majoribus. A *P. latissima* dein thallo rigidiore et obscuriore et sporis haud pachydermeis distinguitur. — Ad lignum fabrefactum Magnae Seribae Ghattas in territorio Djur et prope Dem-Bekir Africae aequatorialis leg. cl. Dr. Schweinfurth.

182. *Parmelia chlorocarpa* Müll. Arg., thallus albo-glaucescens v. virenti-albus, laciniato-lobatus, laciniae longitrorsum medio arcte adpressae, margine undulato-laxae, inciso-lobatae, lobuli crenati et margine isidioso-asperuli v. etiam lacero-incisi, totus tenuiter membranaceus, supra laevigatus et hinc inde praesertim centro isidioso-asperulus, subtus piceo-ater et dense atro-rhizi-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03644-0267-2

nosus, ante imum marginem saepe breviter atro-ciliatum tamen expallens et nudus; apothecia primum podicellata parva et profunde urceolata, dein subplano-aperta, margine tenuissimo subisidioso-pulveraceo cincta, in dorso laevi excipuli similiter isidioso-scabrata, demum usque 5 mm. lata, discus fuscescenti-pallidus v. pallide virenti-fuscescens; lamina tota cum hypothecio et epithecio hyalina v. subhyalina, asci breviuscule late obovoidei, 8-spori; sporae magnae, 32—38 μ longae, 15 μ latae, valde pachydermeae. — Thallo tenui, albido, apotheciis quam in congeneribus multo pallidioribus et simul sporis pro genere magnis valde distincta est. Juxta *P. subrugatam* Krplh. Exot. Flecht. p. 320 et *P. leucopin* ejusd. Lich. argent. p. 9 inserenda est. — Habitat corticola prope Caracas: cl. Dr. Ernst (sine no.).

183. *Parmelia urceolata* Eschw. in Mart. Icon. sel. p. 23 t. 13 f. 1.

v. *sorediifera* Müll. Arg., thalli margines adscendentes valde undulato-crispi, ad ipsum marginem incrassatum capitato- et mox confluenter limbato-sorediigeri, (tum vulgo sterilis), lobi subtus versus marginem parcius ciliigerum albi v. etiam fere undique subtus albi. — Crescit in silvis prope Petropolin Brasiliae cum var. sequente, planta normali speciei, *P. crinita* Ach., *P. latissima* Fée, et variis formis similium *P. perforatae* Ach. et *P. perlatae*.

v. *nuda* Müll. Arg., thallus ciliis marginalibus destitutus, margine undulato-crispus et breviter dactyloideo-dissectus, laciniolae capitato-sorediigerae. — Crescit cum var. praecedente.

v. *cladonioides* Müll. Arg., dense caespitose crescens, laciniae primariae normales, parce nigro-ciliatae, subtus pro parte nigrae, *ultimae subtus albidae divergenter et intricatim multipartitae, lobuli varie breviter corniculati et subtubulosi* (in specim, viso copiose spermogoniferi). — Crescit cum duabus varr. praecedentibus: cl. Deventer.

184. Parmelia sterilis et misera a cl. Prof. J. Brun ad Populi albae ramulos prope El-Arisch et Alcazar, in territorio maroccano lecta, in Lich. Beitr. n. 106 ad *Parmeliam abessinicam* Krplh. relata, nunc iterum cum recentioribus et optimis speciminibus *texanis comparata clare differt et ad P. hypotropam* Nyl. Syn. p. 378 referenda est. Thallus quam in *P. abessinica* distincte netuior, subtus multo albidior et rhizinis rigidis valde sparsis tantum nec medio indumentum formantibus praeditus et hinc inde subreticulato-rugulosus et margine saepe rigide ciliatus

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03644-0268-8

est, quae omnia ad amussim cum texensi *P. hypotropa* conveniunt.

185. *Parmelia perlata* Ach. Meth. p. 216, var. *subrevoluta* Müll. Arg., thalli laciniae muscis arcte instratae, quasi laxe caespitosae, valde convexae, ad margines deflexae v. subtus subtubuloso-conniventes (muscos subinvolventes) et supra copiose isidiophorae. — Habitu *Parmeliam revolutam* Flk. quodammodo imitans, sterilis tantum visa. — Prope Petropolin Brasiliae supra muscos (cum *P. perlata* f. *isidiophora* Krplh. Exot. Flecht. p. 321).

186. *Parmelia laevigata* Ach. v. *ceratina* Müll. Arg., thallus albescens, laxe (muscis) instratus, supra pro parte corallino-isidioideus, quam in forma genuina crebrius sinuato-multifidus, sinus rotundati, lobi plus minusve palmatin lobulati et lobuli saepius minute isidioso- 2—3-cornuti. — Quasi forma analoga varietati *cetratae Parmeliae perforatae*. — Crescit ad arbores prope Petropolin Brasiliae cum *P. sublaevigata* Nyl.: cl. Deventer.

187. *Parmelia sublaevigata* Nyl. Lich. Husn. p. 8. f. *isidiosa* thallus praeter margines nudos undique tenuissime et creberrime isidioso-vestitus. — Corticola prope Petropolin Brasiliae, cl. Deventer.

188. *Parmelia tiliacea* Ach. v. *leucina* Müll. Arg., thallus quam in f. guinea europaea paullo gracilior et tenuius divisus et distincte albior, centrum versus late et crebre coralloideo-isidiosus, peripherice normalis, laciniae dense contiguo-lobuligerae, hinc inde distincte transversim rugosae. — Colore fere *P. osteoleucam* Nyl. simulans, sed albior et laciniarum divisio cum formis saxicolis quadrans. Forte species distincta at sterilis tantum visa. — Saxicola prope Petropolin in Brasiliae prov. Rio de Janeiro: cl. Deventer.

189. *Parmelia chlorina* Müll. Arg., thallus diametro circ. 2-pollicaris, subpapyraceo-membranaceus, arctius v. laxius adnatus, orbiculari-expansus, laciniatus, laciniae contiguae, pinnatilobae, cum lobis concaviusculis ad margines integros v. inciso-laceros v. -denticulatos nonnihil undulatae, in medio thalli margine plus minusve microphyllino-dissectae, supra laeves, siccae cinereo-virides, madefactae flavescenti-virides, intus viridi-flavicantes, subtus medio nigrae, versus marginem e castaneo albidae, undique rhizinis atris saepe semel v. bis dichotomis distantibus versus marginem brevissimis sparse obsitae, hinc inde demum late denudatae. Apothecia ignota. — *Parmeliae Uruguensi* Krplh. affinis videtur at bene distincta, colore chlorotico

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03644-0269-6

et tenuitate thalli et colore medullae. Habitu vulgo satis ad presso et lacinulis laciniarum obliquis margine saepe laceris v. denticulatis ad *P. chlorocarpam* Müll. Arg. accedit, sed thallus subtus omnino aliter vestitus est. — Crescit supra muscos prope Petropolin Brasiliae: cl. Deventer.

(Schluss folgt.)

Ueber das Hervorbrechen endogener Organe aus dem Mutterorgane.

Von **H. Vonhöne.**

(Schluss.)

II. Nebenwurzeln.

Bei Nebenwurzeln kommt es in den seltensten Fällen zur Entwickelung einer Gewebespannung, und reicht im Allgemeinen die Resorption allein hin zur Beseitigung des hindernden Gewebes. Deshalb hat der Satz von Reinke, den wir zu Anfang citierten, eine gewisse Berechtigung, wenn man ihn auf Nebenwurzeln beschränkt und nicht auch auf Beiwurzeln ausdehnt. Die Wurzeln haben ja meistens ausserhalb des centralen Gefässstranges nur dünnwandige Parenchymzellen; dazu tritt die Bildung der Nebenwurzeln gewöhnlich schon sehr früh ein, so dass dieselben nur dünnwandiges, häufig nicht einmal ausgebildetes Rindengewebe zu durchbrechen haben. Dieses geschieht, wie wir sahen, von den Beiwurzeln durch Resorption, und wir haben keinen Grund, anzunehmen, dass sich das gleiche Gewebe in der Wurzel anders verhalten sollte, als im Stamm. Allein es kommen doch auch Fälle vor, wo die Rinde der Wurzel erheblich verstärkte Elemente in sich schliesst. Dahin gehören z. B. die zwar stellenweise unterbrochenen, aber doch sonst recht dickwandigen Scheiden in den Luftwurzeln mancher Orchideen, welche die eigentliche Rinde in sich schliessen. Diese müssen unseren bisherigen Beobachtungen nach sich anders verhalten und sich nicht durch blosse Resorption beseitigen lassen.

Die angestellten Untersuchungen bestätigen die Richtigkeit dieser Voraussetzungen, nur tritt hier der Umstand ein, dass die Schutzscheide, welche den centralen Gefässcylinder umgibt,

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03644-0270-7

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1880

Band/Volume: 63

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: Lichenologische Beiträge 258-268